Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Brictio

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

sua magistra. Una pars de illa archa fugi-
erat et ad aliam se transferebat per
quam corpus nequaquam extra pendebat. Unde
quia fugeret corpus ei extra periculo pa-
rens obviavit. Hinc et quod duo insimul ho-
spitarentur in utilitate ambo quod eorum noluntate
contra quod sanati. Et de hoc plurimum
tristati. ¶ Ambrosius de beato marti-
no sic ait. Sanctus martinus prophanorum
templa destruxit. Vexilla pi-
etatis erexit. Mortuos suscitavit.
Ab obsessis corporibus demonia seva
exclusit. Variis languoribus
laborantes salutis remedio suble-
vavit. Qui in tantum perfectus inventus est ut
Christum tegeret in paupere et veste
quam egenus acceperat mundi dominum in-
duisset. O felix largitas que divi-
nitatem operuit. O clamidis gloriosa
divisio que militem texit et regem. O in-
estimabile donum quod vestire meruit
divinitatem. Digne huic domine confessionis
premia contulisti. Digne ei arria-
norum subiacuit feritas. Digne
amore martirii persecutoris tormen-
ta non timuit. Quid erit pro oblatione
integri corporis recepturus qui pro quanti-
tate vestis exigue vestire deum me-
ruit et videre. Sic sanantibus contulit me-
dicinam ut alios supplicationibus
alios visu salvaret. De sancto
Britio.

Britius sancti martini
dyaconus eique plurimum emulus.
Cum eidem sancto quidam in sanctitate
si esset quidam pauper martinum requireret
dixit ei britius. Si illum delirum queris.
prospice eminus. Ille est qui ut amens
celum respicit. Cum ergo a martino
pauper quod petierat accepisset vir
sanctus britium ad se vocans dixit.

Ego tibi delirus videor brici. Quod cum
ille pre verecundia se dixisse negaret.
ait martinus. Nonne aures mee ad os tu-
um erant quando hec eminus loquebaris. Amen di-
co tibi quod a domino obtinui ut in episcopatu suc-
cedas. Sed scias te multa in episcopatu ad-
versa passurum. Quod britius audiens
irridebat dicens. Nonne verum dixi istum
delirum esse. Post mortem igitur sancti marti-
ni britius in episcopatum eligitur. Qui dein-
ceps orationi vacabat. Et licet adhuc superbus
tamen corpore castus erat. Anno autem episcopa-
tus sui xxx. mulier quedam religiose vesti-
ta que ei vestimenta lavabat concepit
et filium peperit. Tunc omnis populus cum lapi-
dibus adveniens hostium congregatus est
dicens. Diu pietate sancti martini lu-
xuriam tuam dissimulavimus sed iam
nequaquam pollutas manus osculari va-
lemus. Illo autem viriliter hoc nega-
te. Adducite ait ad me infantem.
Quo allato cum xxx esset dierum dixit
ad eum britius. Adiuro te per filium dei
ut dicas coram omnibus si ego te genui. Et il-
le. Non tu michi es pater meus. Illo autem ur-
gente ut quis esset ei pater requireret. ille
ait. Non est meum. Fac quod ad me pertinet.
Populus autem hoc totum magicis artibus
attribuebat dicens. Nequaquam nobis
falso pastoris nomine dominaberis.
Tunc ille ad plenam purgationem prunas
ardentes usque ad tumbam sancti mar-
tini cum vestimentis deportavit.
Proiectisque prunis vestimentis eius illesa
permansit. Et ait. Sicut hec vestimenta
a prunis mansere illesa sic corpus
meum a contactu mulieris est mundum. Populus
autem ad hec non credens sed eum contume-
liis et iniuriis afficiunt et a sua di-
gnitate eiciunt ut impleretur quod sanctus mar-

tinus dixerat impletur. Tunc beatus
Bricius papam adiit et vii annis ibi-
dem permansit. quicquid in sanctum martinum
deliquerat penitendo deleuit. Populus autem
iustinianum prefecit. et hic beatum romam
misit. ut ecclesiam contra eum defensa-
ret. Quo cum cederet in ciuitate uercel-
li uitam finiuit. et armentium loco eius
populus omnis prefecit. ¶ Septimo igitur
anno bricius cum auctoritate pape
rediens. vi. ab urbe miliario ho-
spicium accepit. et armentius eadem nocte
spiritum exalauit. Quod bricius per reuelati-
onem cognoscens. ait suis. ut surge-
rent. et secum ad tumulandum turonen-
sem episcopum properarent. Cum ergo bricius sedem
suam accepit. et vii per modum annos pos-
sedit. et uitam laudabilem ducens. xl
vii. episcopatus sui anno in pace quieuit.

Cecilia quasi celi lilia. uel
cecis uia. uel a celo et lya.
Vel cecilia quasi cecitate carens. uel dicitur a
celo et leos quod est populus. Fuit enim celeste
lilium per uirginitatis pudorem. Vel dicitur
lilium quia habuit candorem mundicie.
uirorem consciencie. odorem bone fame.
Fuit enim cecis uia per exempli informa-
tionem. Fuit et celum per iugem contem-
plationem. lya per assiduam operationem.
Vel dicitur celum quia sicut dicit ysidorus ce-
lum philosophi uolubile rotundum et ardens
esse dixerunt. Sic et ipsa fuit uolubilis
per operationem sollicitam. rotunda per
perseuerantiam. ardens per caritatem. ce-
citate carens per sapiencie splendorem.
Fuit et celum quia in ipsam tamquam in
spirituale celum populus ad imitandum in-
tuetur solem et lunam et stellas. id est sa-
piencie perspicacitatem. fidei magna-
nimitatem. et uirtutum uarietatem.

Cecilia uirgo claris-
sima ex nobili romanorum genere
exorta. et ab ipsis cunabulis in fide est
nutrita. absconditum semper euangelium christi gerebat
in pectore. et non diebus neque noctibus a collo-
quiis diuinis et oratione cessabat. suam-
que uirginitatem conseruari a domino exora-
bat. Cum autem cuidam iuueni nomine ualeria-
no desponsata fuisset. et dies nuptiarum
instituta esset. illa subtus ad carnem cili-
cio erat induta. et desuper deauratis uesti-
bus tegebatur. Et cantantibus organis
illa in corde suo soli domino decantabat
dicens. Fiat domine cor meum et corpus me-
um inmaculatum ut non confundar. Et
biduanis ac triduanis ieiuniis o-
rans. commendabat domino quod timebat. Ve-
nit autem nox in qua suscepit una cum spo-
so cubilis secreta silentia. et ita eum al-
loquitur. O dulcissime atque amantissi-
me iuuenis. est misterium quod tibi confitear. si
tu iuratus asseras tota te illud
obseruantia custodire. Iurat ua-
lerianus se illud nulla necessitate dete-
gere. nulla prodere ratione. Tunc illa ait. An-
gelum dei habeo amatorem qui nimio zelo
custodit corpus meum. Hic si uel leuiter sen-
serit quod tu me polluto amore contin-
gas. statim feriet te. et amittes flo-
rem tue gratissime iuuentutis. Si autem
cognouerit quod me sincero amore diligas.
ita quoque diliget te sicut et me. et osten-
det tibi gloriam suam. Tunc ualerianus
nutu dei correctus ait. Si uis ut
credam. ipsum angelum michi ostende. Et
si uere probauero quod angelus sit. faciam
quod hortaris. Si autem uirum alium dili-
gis. te et illum gladio feriam. Cui ce-
cilia dixit. Si in deum uerum credideris
et te baptizari promiseris. ipsum